

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 2965

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

2527

## C O D I C E S

2528

tuum a. 1394. de quo *Balbini Bohemia docta* P. II. edit. *Ungar.* p. 177.

IX. fol. 150. resumuntur Excerpta Theologica e PP. et aliis,

*Regnum Bohemie tot villas continet in se.  
Triginta milia CCC<sup>as</sup> LX<sup>a</sup> IIII<sup>or</sup> villas.*

DCLXIV.

70 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 492. f. charactere luculento perscriptus continet *Anonymi Opus de Doctrina morum sive Officiis hominis Christiani, speciatim de Iejunio, de Poenitentia, de Vitiis et Virtutibus, de oculo Beatitudinibus, de Caritate Dei et Proximi, de Decalogo.* Initium est: *Uon den viertzig tagen der heiligen vasten wie man dye vasten sol vnd wer da vasten sol vnd ist dovon erst zw merkchen wer dye vierczig tag der heilligen vasten hat auf gesaczt &c. Post PP. Augustinum, Hieronymum et Bernardum Autor plurimum Thome et Scotio innititur, mediamque inter rigorrem et dissolutionem insistens viam nihil absconi tradit. Finit vero: zu der selbigen glori sol vns fueren vnd die verleiben die heilig driualtigkeit vnd die war ungetailte aincchait got der vater vnd der sun vnd der heilig geist dem do ist ere vnd glori tugend cbraft vnd macht an end ymmer ewigkleichen Amen. Index Capitum Codicem terminat, cuius Thecae interiori adglutinatae sunt Literae membraneae Georii Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopi Ecclesie Patauien. in qui-*

etiam Job. *Husso* de diversis materiais, insperfis aliquando glosfis bohemicis. Inter alia notatur:

bus nomine Sedis Apostolicae expensos refert *Wenceslao Ghyem Decano Patauiensi* florenos mille. Dat. Anno domini millesimo quadringentesimo quintodecimo indi. octaua die duodecimo mensis Iunii, Apostolica sede vacante. Testes: *Joannes Hiebenstreit, Conradus de Laymingen, et Walbunus Hadrer Canonici Ecclesie Patauiensis.*

DCLXV.

Codex chartaceus germ. Sec. 451 XV. Folior. 149. 4. nitide exaratus, rubricisque distinctus sequentia continet: I. Expositionem Decalogi pro Rudibus: *Von den zeben gepoten dew moy si von got geben sind. Initio recitantur X. Praecepta, dein subjungitur: Das sind die heiligen zeben gepot die uns menschen der almächtig got gepotten hat &c.*

II. fol. 21. p. 2. sequitur Institutio de gemino Caritatis Praecepto: *Von den zwayen gepoten der lieb. Initium: In ainem waren kristenleichen glauben &c. Wie wol mir ainualtigen priester von meiner grossen vnuerstennuſ wegen vil notdurftig wer &c. Prodiiit Libellus iste typis Dilinganis 1612. cum duabus aliis Hugonis Victor.*

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 2965

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

2529

## C A S U I S T I C I .

2530

*Vidor. et Alberti M. in 8. sed cum in Cod. Capita 18. censeat, ibi ad Capita 22. productus est, ut Autor anonymus ipse in Praef. testatur, in qua et inter alia: die nachgeschribnen ding hab ich genommen von den heiligen Lehrern vnd sonderlich aus den worten vnd leber des hochwirdigen Lehrers der beylichen schrift Meister Nicolaus von Dinckelspübel, zu dem ich auch mein sondere zufucht hab gehabt, der auch etwan das Büchlin überlesen hat. Unde factum, ut in Editionis istius titulo Libellus ipsi Nicolao tribueretur, et licet in Praef. Codicis mentio Nicolai non fiat, memoratur tamen ille ad ultimam Cod. calcem, ut eo delapsi videbimus. E recitatis praeterea verbis liquidum est, Libellum ipsum Viennae conscriptum fuisse, in cuius Scholis Nicolaus profitebatur. Id, quod et de sequentibus Traetatibus intelligendum.*

III. fol. 56. De utilitate divinae Caritatis: *Von den nuzzen der lieb gottes dem menschen. Initium: Dye lieb gottes über alle ding ist ain gute erczney &c. Ad calcem adscriptum: Ryntfleisch, quod nomen cum saepius per decursum compareat, Autorem omnium harum Κατηχυσεων indicare videtur.*

IV. fol. 62. Expositio Orationis Dominicae: *Hie nach volgt von dem beylichen pater noster. Initium: Vil guter vnd andächtiger gepe vindt man geschrieben. &c. Additur Salutatio Angelica et Symbolum Apostolorum.*

V. fol. 82. p. 2. et deinceps: *De octo Beatitudinibus: Von den*

*acht salichaitten. De operibus Misericordiae: Von den werichen der parmerczibait. De septem Peccatis capitalibus: Von den suben todſünden. De novem Peccatis alienis: Von den Newn frombden ſünden. De quinque Senibus. Von den funff ſynnen. De Poenitentia. Von der pueſs. De Peccatorum Circumstantiis: Von den Vmbſämmen der ſynden. De Relapsu: Von dem wideruall der ſünden. Additum Ryntfleisch. De Praeservatione a Peccatis: Von bebütten vor ſünden. De Aptitudine ad Servitium Divinum: Zu Schikbung zu gotes dienſt. Alia Expositio Orat. Dominicæ: Aber von dem beylichen Pater noster. Atque hic rursus excitantur die zwey erwürdig lerer der heiligen Schrift Maister Hainreich von Hessen und Maister Niclas von dinkelspübel, den paiden got genadig sey. Itaque jam vivis exempti. Finem facit fol. 139. Dispositorium Moriendi: Von Schikbung zu dem sterben. Ad calcem: Das büchlin hat gemacht vnd zusammen gelesen der Erwürdig lerer Maister Niclas von dinkelspübel dem got genad. Vnd das hat abgeschriben Jacob krakhsenstengel. In dem Jar so man schreib tausend vir bundert vnd in dem dreww vnd funfzigsten Jar. Ante et post hanc formulam denuo legitur Rintfleisch. Itaque vir hic latina Nicolai Opuscula, quae extant impressa Argentine 1516. f. excerpisse, et in usum Parochianorum fortasse suorum vernacula reddisse credi potest.*